Attività di latino, giugno-settembre 2017

Classe I

Analizzare e tradurre (nell'ordine indicato) su fogli protocollo le seguenti versioni svolte durante l'anno, dopo aver ripassato i relativi argomenti:

La bellezza dell'Italia (max 1 ora: fonologia, I decl., agg. I classe, indicativo presente attivo e passivo; predicato nominale e compl. predicativo del soggetto).
Italia Europae paeninsula est. Apud amoenas Italiae oras limpidae aquae, immensae et opacae silvae sunt. Italia oleis et uvis clara est: nam paeninsula fecundam terram habet. Italia incolarum diligentia, nautarum peritia agricolarumque industria illustratur. Italiae incolis agricultura cara est, atque vita rustica etiam a poetis laudatur. In Italiae terris atque insulis non solum vita iucunda est, sed etiam magna advenarum frequentia est.

La dea Diana e il suo corteggiatore Atteone (max 1 ora: II decl., compl. con l'ablativo, compl. di luogo, imperfetto e infinito attivi e passivi).
Diana, Latonae filia, silvarum dea et ferarum patrona est. Vitam degit cum nymphis in silvis et magna cum laetitia currit et cum beluis certat. Diana sagittas habet, non armillas, quia divitias spernit. Romae Diana puerperas adiuvat atque a matronis colitur, tamen dea nuptias recusat: nam casta putatur. Olim Actaeon Dianam amabat, sed dea eum occidebat irata.

La storia di uno strano pescatore (max 1 ora: III decl., compl. di luogo, tempo e causa, imperativo presente e futuro, indicativo futuro primo, causali).
Antiquis temporibus in Graeciae insula piscator vivebat. Olim apud oram cum retibus et tibiis venit: in scopulo sedebat ac tibias inflabat. Vir enim cogitabat: "Quia antiquitus Orpheus vocis suavitate feras commovebat, hodie pisces quoque tibiarum sono commovebuntur, ex undis in oram venient atque facile praeda mea erunt". Sed pisces musicam non curant, itaque sub vesperum miser piscator tibias in scopulo deponit et retia in mare demittit. Statim a viro piscium multitudo deprehenditur. Itaque piscator exclamat: "Stulti pisces, antea ob tibiarum sonum non saltabatis, nunc sine musica saltatis!"

La guerra di Troia (max 2 ore: III decl., agg. II classe, agg. sostantivati, indicativo perfetto, piuccheperfetto e futuro anteriore attivi e passivi, pronomi personali e riflessivi, temporali).
Postquam Paris, filius regis Troiae, Helenam Menelao coniugi rapuerat, a totīus Graeciae principibus bellum indictum est. Mox Agamemnon, clarus Graecorum dux, in Asiam pervenit, Troianorum regionem invasit et castra ante moenia Troiae posuit.
Sic Troianum bellum, arduum ac diuturnum, initium habuit: nam frustra urbs decem annos a Graecis obsessa est. In bello praesertim Troianorum virtutem laudabimus, quia Troiani gloriam et libertatem semper strenue defendebant, hostium copias numquam expavescebant, immo saepenumero eas frangebant.
Graeci igitur validas urbis munitiones dolo superaverunt atque tandem Troiam ceperunt. Tum efferate civium caedes perpetratae sunt: pueri ante parentes necabantur, mulieres in servitutem redigebantur, tota urbs incendiis atque ruinis delebatur. Tantum bellum a posteris memorabitur.

La battaglia di Maratona (max 2 ore: IV e V decl., pronomi dimostrativi e determinativi, doppio dativo, dativodi possesso).
Reliqui Graeci in Persico bello Athenienses non adiuverunt, praeter (=*eccetto*, prep. con acc.) Plataeenses: hi enim ad proelium exercitum parvum misĕrant. Ista acies pugnae cupiditate flagrabat. Iussu Miltiadis, Athenienses ex urbe copias eduxerunt et in loco idoneo castra fecerunt. Postero die, in eādem plana regione proelium commiserunt. Datis (=*Dati*, nom. sing.), Persarum dux, non opportunum putabat locum, tamen ille putabat utile dimicare antequam Lacedaemonii subsidio venirent (=*venissero*). Itaque is in aciem peditatum et equitatum produxit proeliumque commisit et, quia ingentem numerum copiarum habebat, magna cum spe confligebat. In hac incerta re Athenienses, ob suam magnam virtutem, Persas superaverunt. Ii decemplicem numerum hostium profligaverunt; ipse Persarum dux non ad castra, sed ad naves fugit. Illa pugna nobilis putata est: nam exiguus exercitus ingentes copias prostraverat.